



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Descriptio Flvminvm Galliæ, Qva Francia Est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**



Y  
DESCRPTIO  
FLVMINVM  
GALLIÆ, QVA  
FRANCIA EST.



Lumina Galliaë, qua  
FRANCIA est, non qui-  
dem omnia, sed qua-  
tuor duntaxat, alumni  
eius Regia appellant,  
Ligerim, Sequanam, Rhodanum, &  
Garumnam: quæ flumina in finibus  
Regni oriuntur, dempto primo, &  
sunt nauigabilia, maximasque & in-  
colis & externis utilitates commodâ-  
que afferunt. Idcirco autem Regia  
vocant, quia si comparentur cum  
aliis quæ in hoc regno penè sunt in-  
numera, regij nominis & dignitatis  
esse iudicabuntur. Vt enim Reges  
priuatis hominibus & subditis suis  
eminent, ita hæc quatuor flumina  
cæteris omnibus antecellunt, ac la-  
buntur in Oceanum, Liger, Garum,

A

2 *Pap. Mass. descriptio Francie*  
na, & Sequana, solus ex his Rhoda-  
nus in Mediterraneum mare fundi-  
tur: Id quidem à meridie Galliam  
claudit, Oceanus à Septentrionibus,  
& Solis occasu.

AVLIGER.

LOYRE  
Riuie-  
re.

*Vellay.*

*Mefinc.*

*Lambre.*

*Cler-  
geac.*

*Gerbier  
de long.*

LEPVY.

**L**Igeris clari amnis, vt Plinius in  
naturali Historia vocat, longior  
est cursus quàm omniū fluuiorum Eu-  
ropæ, si Danubium exceperis. In Vel-  
launis autē, Aquitaniæ primæ popu-  
lis, oritur: quæ regio nūc Vellania di-  
citur, vltra tres montes Heluiis con-  
tigua, *Mefincum, Alambram, Cler-  
geacium*, qui sunt intra fines Vellau-  
norum gentis. Eorum altitudine te-  
gitur *Gerbarium Iugum*, à postremo  
non amplius distans, quàm mille pas-  
sibus. Pone enim est instar mergitis  
figuratum, ferméque nudatum her-  
bis: propterea aspectu longè defor-  
mius. Sola enim saxa & rupes ferè  
ostendit, & ab *Auicio* Vellaunorum  
præclara vrbe distitum est leucis sex  
longioribus: singulæ enim excurrunt  
in quatuor passuum millia. Inde or-